

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est uerbum domini. Veniat. Et ego non sum turbatus te pasture sequens. et die hominis non desideravi. Tu scis quod egressus est de labiis meis. rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi in tu formidinis. spes mea in die afflictionis mee. Confundantur qui me persecuti sunt. et non confundar ego.

Paucant illi. et non paucam ego. Induc super eos diem afflictionis. et duplici contritione conterere eos. **H. h. e.** **A**ppropinquabat autem dies festus. et querebant principes sacerdotum quomodo ihesum interficerent sed timebant plebem. **Ad v.** Principes sacerdotum consilium fecerunt ut ihesum occiderent dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. coll

UEXIT hieremias de thoseth. quoniam miserat eum dominus ad prophandam. **Sabb.**

et stetit in atriis domus domini. et dixit ad omnem populum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego inducam super civitatem hanc. et super omnes urbes eius uniuersa mala que locutus sum aduersum eam. quoniam indurauerit ceruicem suam. ut non audirent sermones meos. **H.**

Et audiuit fassur filius emmer sacerdos qui constitutus erat princeps in domo domini hieremiam prophetam sermones istos. et percussit fassur hieremiam prophetam. et misit eum in neruum quod erat in porta beniamin superiori in domum suam.

Et cum illucisset in crastinum. eduxit fassur hieremiam de neruo. et dixit ad eum hieremias. Non fassur uocauit dominus nomen tuum. sed pauore meo. quia hec dicit dominus. Ecce ego dabo te in pauore teo. et omnes amicos tuos. et corruent gladio inimicorum suorum. et oculi tui uidebunt. **H.**

Omnem namque iudam dabo in manum regis babilonis. et inducet eos in babilonem. et perimet eos gladio. et dabo uniuersam substantiam ciuitatis huius. et omnem laborem eius. omnesque pecunias. et cunctos thesauros regni iuda dabo in manum inimicorum eorum. et diripient eos et tolent. et ducent in babilonem. Tu autem fassur et omnes habitatores domus tue ibitis in captiuitate. et in babilonem uenies. et ibi morieris. ibique sepelietur. et omnes amici tui quibus prophetasti meridacium. **H. h. e.**

Clarificauit pater apud te metipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret. **Ingressus** pylatus cum ihesu in pretorium tunc ait illi. **In palatis.** Tu es rex iudearum. Respondit Tu dicis quia rex sum. Et cum inductus fuisset de pretorio portans coronam et uestem purpuream et cum indutus fuisset exclamauerunt omnes crucifigatur quia filium de i se fecit.